GREGORIUS MAGNUS
Österreich, 12. Jh.
Seite 60v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift

moysesq; filii israel cecinerunt carmen domino. eo quod victoriam
de hostib; fecisset. scriptum est; locutus est domino david verba
carminis hui. Solomon qq; ait. Acetum innitro. et qui cantat
carmina cordi pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitrum.
fervescit nitrum primus et ebullit. et perversa mens quando
per increpationem corripitur. aut per predicatoris oculi cedinem
ad bona suadetur. de correptione fit deterior. et inde
in murmurationis iniquitatem succendit. unde debuit
ab iniquitate compesci. Per helium qq; de ingrato ac se se
desperante dr. et non dixit ubi est dns qui fecit me. qui de
dit carmina in nocte. carmen quippe accipimus. quando
in presentis presentib; de futuris gaudiis consolamur. Carmen nos
in nocte ostendebat apls cum dicebat. Spe gaudentes.
in tribulatione patientes. Carmen in nocte se david habere
indicat dicens; Tum es refugium apsiura quae circumdedit
me. exultatio mea eripe me a circumdantib; me. Qui enim cir
cumdari se apsiuris narrat. et tamen dum sibi cum exultatione
nominat. procul dubio carmen in nocte cantat. Quia quia pene semper in
bono carmen ponere scriptura sacra esuevit. ita a nobis et ita
in hoc loco debet intelligi. Ve autem in scriptura sacra sepius
de eterno luctu. quam presenti solet intelligi. Unde scriptum est;
Ve impio in malo. retributio enim manuum eius fiet ei. Et
beatus iob loquitur dicens. Si impius fuero ve mihi est. Si autem
iustus sim levabo caput. saturatus afflictione et misera;
lustor enim afflictio temporalis est. Ve quoque quod dixit. a temporali
afflictione distinxit. quia et iustum afflictionem et impium
ve habere prohibuit. Per semetipsam quoque veritas dicit. Ve mun
do a scandalis. et ve vobis qui ridetis. quoniam flebitis. et ve preg
nantib; et nutrientib; in illis diebus; Pensandum quoque est nobis.
quomodo hec tria in sacro volumine scripta sint. lamentatio
nes. carmen. et ve. lamentationes videlicet. quia in eo
scripta est penitentia peccatorum. Carmen vero. quia ibi pnun
tiantur gaudia iustorum. Ve autem quia illic expressa est
damnatio reprobor; Vt quoque peccata puniat. lege quae in hoc